



P R O C A N C E L L A R I U S
N E C N O N
Ordinarius, Senior, & reliqui Doctores in Facultate
Juridicâ Academiæ Lipsiensis
L. S.



Onores publicos & eruditam doctrinam quanti olim non tantum politiores egregiarum virtutum cultores, sed summi etiam Principes atque Imperatores fecerint, hoc abunde tum veterum historiarum monumenta testantur, tum & recentiorum scripta luculenter demonstrant. Inprimis vero commemoratione dignum est, & posteritati modis omnibus commendandum exemplum *Sigismundi* Imperatoris Romano-Germanici sapientissimi: Is enim, cum *Georgium Fiscellium* Jurium Doctorem in equestrem ordinem cooptasset, *Fiscellius* vero in quadam Consultatione, relicto Doctorum ordine, ad equestrem jam novus homo defecisset, superiorem eum atque digniorem existimans, indignabundus hisce verbis id ipsi exprobravit: Ego sane tot vel tot Equites uno ferè momento, si placet, citra laborem ac molestiam ullam efficere possum, sed Doctorem unicum ut creem, à me quam longissime abesse libenter fateor. Magnifica verò vox & sapiente Imperatore digna, nec non illustre satis summi Imperatoris de viris eruditis testimonium! Nimirum intellexit, non satis esse, summo loco se natum gloriari, & majorum stemmata atque insignia longa serie enumerare, sed multa alia majora, & propè divina desiderari in eo, qui inter doctos titulum & honorem demereri tucrique velit: Vidit Imperator oculatissimus, summam eos injuriam facere sanguinis nobilitati, qui animi nobilitatem negligunt, cum illa à naturæ tantum bonitate, hæc verò & indole pariter ingeniosa & laboribus indefessis acquiratur: Animadvertit id, quod divinus ille Plato statuit, vim quandam divinam, singulare ingenium, peculiarem curam & industriam ab iis hominibus requiri, qui inter doctos egregio honore, summoque loco condecorari cupiunt. Nec etiam fieri potest, ut vel divitiæ, vel favor & gratia potentissimorum hominum hoc, quod virtus & eruditio in sui cultoribus efficit, præstare queant. Constat namque, literas solas immortalitatem parere, literas omni vitæ generi præferendas esse, literas ipsis armis prævalere: Hæ sunt, quæ omnem ignorantiam exuunt, vitam dirigunt, hominem gratum & acceptum reddunt, in prosperitatibus mirabili ornamento sunt, in adversitatibus incredibile solatium afferunt, denique è lutro, è vulgi fece scalam ad honores ac dignitates, ad cælestium & divinarum rerum contemplationem subministrant. Consideravit id ipsum & olim *Alexander Severus* Romanorum Imperator, qui neminem non doctrinam præstantem virum in Italiam se conferentem eximio suo favore complectebatur, ita ut aliquando apud exterarum nationum Legatos verbis hisce gloriari solitus fuerit: Pauci in orbe docti sunt, quibus cum aut verbo aut scripto non fuerim locutus. Perpendit hoc & Neapolitanus Rex *Robertus*, Lipsio teste, cui itidem literæ & literati usque adeo chari fuerunt, ut aliquando audita ab eo fuerit regia hæc vox: Chariores mihi literæ regno.


Atque hæc, & quæ prolixius in hanc rem afferri poterant, hoc in loco propterea commemorantur, ut sint apprimè solliciti, qui in hoc universo summa rerum obtinent, ac in quorum manu & potestate est, summos honores conferre, non solum quæ animi affectione eos erga literatos esse deceat, sed & quomodo animati debeant esse hi, qui dignitates & honorum præmia ab illis accipiunt, ut, cum aliis multis vitæ civilis ordinibus ob summas animi dotes præferantur, in omni quoque vita titulis istis non indignos sese ostendant. Ea enim est nostrorum hominum & præsentium temporum conditio, ut & docti & honorum tituli ferè vilescere atque fordere incipiant, cum tamen in hoc universæ Reipublicæ statu difficilimo & ob Martis furorem omniumque rerum penuriam turbatissimo, & summi cum infimis vel maxime excitari debeant, ut ad posteritatem, si qua futura est, literarum documenta propagare, & conservare sedulo & diligenter allaborent. Sanè Serenissimus Saxonie Elector, Dominus & nutritius noster benignissimus, tanquam & ipse honoribus publicis & literatis impensè favens, nihil in se desiderari hæcenus passus est, dum in hoc Electoratu florentissimo Professoribus salaria, studiosis indigentibus stipendia, merentibus officia, Candidatis omnium facultatum honores & præmia decerni clementissimè & plusquam paternè procurat.

In hujus rei testimonium & nunc producantur Quinque Viri, integritate vitæ, morum elegantia, & inprimis juris civilis & canonici doctrinam præstantissimi;

GEORGIUS TOBIAS Schwendendorffer / Noribergensis, JOHANNES Born / WILHELMUS UDALRICUS ROMANUS, Prof. P. designatus. FRANCISCUS ROMANUS Et GEORGIUS ERNESTUS Mosbach	} fra- } stres,	} Lipsien- } ses,	} J. U. Licentiat.
---	--------------------	----------------------	--------------------

Hi superioribus annis debitam Censuram in Facultate Juridica non modò subiverunt, sed & singulari cum laude sustinuerunt, quocirca & primam & alteram, quam Licentiam vocant, lauream omnium nostrum consensu reportarunt. Superest itaque ut eorum ultimæ petitioni honestissimæ locum relicto, præsertim annuente & mandante Serenissimo Electore Saxonie, Domino nostro clementissimo, Supremum in Jure civili & Canonico gradum ac titulum more institutoque, majorum iis publicè conferamus: spem concipientes summam, ut, juramenti in superiore Licentiæ collatæ actu publicè præstiti memores, & velint & debeant & possint, ambigua causarum fata dirimere, omnibus viribus in rebus publicis & privatis lapsa erigere, fatigata reparare, laborantium spem, vitam, & posteros defendere, & non minus undique humano generi providere, quam, ut Imperatores *Leo* & *Anthemius* loquuntur, si præliis atque vulneribus patriam parentesque salvarent. Ad cujus actus solennis festivitatem celebrandam destinatus est, SOLO FAVENTE DEO, dies Jovis proximus, qui duodecimus hujus mensis Julij futurus est: Rogamus itaque & officiosè atque amicè invitamus Magnificum Academiæ Rectorem, viros itidem reverendos, amplissimos, consultissimos, excellentissimos, eximios atque humanissimos, nec non nobilissimos ac literatissimos juvenes, ut dicto die, hora statim septimâ matutinâ, in Æde Paulina Academica frequentes convenire, & eorum, quæ peragentur, benevoli spectatores, auditores, & testes adesse, ac DEO O. M. pro novorum Doctorum conatu & felici honorum successu, itemque omnibus aliis beneficiis Academiæ nostræ hæcenus confertim exhibitis gratias agere, simulque preces suas pias, ut hac felicitate in pace & tranquillitate tam privata quam publica deinceps quoque nobis uti frui liceat, nostris addere atque conjungere non graventur. Quod officium Collegio nostro pergratum, & Dominis Licentiatibus honorificum, non tantum debitis modis deprecabimus, sed & vicissim omnibus ac singulis reciproca humanitatis studia & officia promptissimo animo deferimus ac pollicemur. Benè valete. Propos. Lipsiæ die 8. M. Julij, Anno Christi Salvatoris nostri unci 1627.

LIPSIÆ excudebat GREGORIUS Ritsch.



PROCCANCELLARIUS

NEC NON

Ordinarius, Senior, & reliqui Doctores in Facultate
Juridicâ Academiæ Lipsiensis

L. S.



Honores publicos & eruditam doctrinam quanti olim non tantum politiores
egregiarum virtutum cultores, sed summi etiam Principes atque Imperatores fecerint, hoc abunde tum veterum
historiarum monumenta testantur, tum & recentiorum scripta luculenter demonstrant. In primis vero comme-
moratione dignum est, & posteritati modis omnibus commendandum exemplum *Sigismundi* Imperatoris Ro-
mano-Germanici sapientissimi: Is enim, cum *Georgium Fiscellum* Jurium Doctorem in equestrem ordinem co-
optasset, *Fiscellus* vero in quadam Consultatione, relicto Doctorum ordine, ad equestrem jam novus homo defe-
cisset, superiorem eum atque digniorem existimans, indignabundus hisce verbis id ipsi exprobravit: Ego sane tot

vel tot Equites uno ferè momento, si placet, citra laborem ac molestiam ullam efficere possum, sed Doctorem unicum ut creem, à me
quàm longissimè à
viris eruditis testim
longa serie enumer
velit: Vidit Imper
à naturæ tantum b
Plato statuit, vim q
egregio honore, su
num hoc, quod vii
omni vitæ generi pr
gratum & acceptum
to, è vulgi seceslam
ipsum & olim *Alexander Severus* Romanorum Imperator, qui neminem non doctrinâ præstantem virum in Italiam se conferentem
eximio suo favore complectebatur, ita ut aliquando apud exterarum nationum Legatos verbis hisce gloriosi solitus fuerit: Pauci in
orbe docti sunt, quibus cum aut verbo aut scripto non fuerim locutus. Perpendit hoc & Neapolitanus Rex *Robertus*, Lipsio teste, cui
itidem literæ & literati usque adeò chari fuerunt, ut aliquando audita ab eo fuerit regia hæc vox: Chariores mihi literæ regno.

Atque hæc, & quæ prolixius in hanc rem afferri poterant, hoc in loco propterea commemorantur, ut sint apprimè solliciti,
qui in hoc universo summa rerum obtinent, ac in quorum manu & potestate est, summos honores conferre, non solum quæ
animi affectione eos erga literatos esse deceat, sed & quomodo animati debeant esse hi, qui dignitates & honorum præmia ab illis ac-
cipiunt, ut, cum aliis multis vitæ civilis ordinibus ob summas animi dotes præferantur, in omni quoque vita titulis istis non indignos
se se ostendant. Ea enim est nostrorum hominum & præsentium temporum conditio, ut & docti & honorum tituli ferè vilescere atque
sordere incipiant, cum tamen in hoc universæ Reipublicæ statu difficilimo & ob Martis furorem omniumque rerum penuriam turba-

